

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja krakowska.**

Rękopis Zakładu Narodowego im. Ossolińskich, sygn. Oss. 832/I, k. 1ra–17ra

Odczyt: Maciej Mikuła

*Tytulik oraz numeracja oryginalna in rubrum.*

*W porównaniu z Gn. nastąpiło połączenie i rozdzielenie niektórych artykułów.*

*Niejednolicie pisownia opportet i oportet. Liczne omyłki skutkujące nonsensownymi treścią. Inicjały in rubrum wysokości trzech wersów.*

[31] [k. 1ra<sup>a</sup> = k. VI] mittat pro iudice et conqueratur, ipse primam querimoniam obtinebit, et si testes super hoc habuerit a scabinis aut astantibus iudicio, quod inter bancos querimoniam fecit.

<sup>a</sup> brak pięciu kart rękopisu, foliacja oryginalna VI

[hasła: sędzia, ławnik, rana, skarga]

[32] LII. De vite rationis alicuius vulnerantis.

Si aliquis detinet hunc, qui ipsum vulneravit in facto recenti et ipsum cum clamore ad iudicium deducit, ille sic querulatur cum prolocutore: “Domine iudex, ego cum querela propono super istum virum, quod ipse venit intra municipia et in strata regia, et in me pacem violavit, et me spoliavit in meo corpore et bonis meis, et me vulneravit, dum pacem in me fregit. Tunc vide ego ipse ipsum propriam in persona cepi et proclamavi eum per cum clamore, et ipsum captivum huc ad iudicium deduxi, et volo eum vincere per hos, qui meum clamorem audierunt, et meo testimonio vero, ut ius michi diffinierit. Et in sentencia require, quomodo hoc probare debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Extunc adversarius rectam petit satisdacionem [<sup>a</sup>] gwarra zada probat querimonia, et dicat se de facto esse in[k. 1rb]nocentem. Ille, qui ipsum in manifesto facto detinuit, facilius ipsum vincere potest cum testimonio, quam ipse captivus evadere possit. Si, ut iuris est, probaverit testimonio, illi solvat collum, si est homicidium, vel si vulnus est monomachale, cum ad iudicium ipsum in facto manifesto adduxerit.

<sup>a</sup> bliżej nieokreślony znak, zapewne celem wskazania następujących wyrazów w języku polskim

[hasła: zranienie, skarga, gorący uczynek, pełnomocnik, droga królewska, sąd, gwar, zabezpieczenie, niewinność, zabójstwo, kara śmierci, kara ucięcia ręki, rana godna pojedynek]

[33] LIII. De teste.

Pro teste potest quivis vir alteri astare, qui in suo iure non possit argui, excepto patre vel fratre, filio et mercenario.

[hasła: świadek, ojciec, syn, brat, najemnik]

[34] LIII. De vulneratione per cultellum.

Quod si se duo vulneraverint mutuo: cultello unus et alter gladio, et si vulnera utriusque monomachalia fuerint, illi cum gladio solvit manum, illi cum cultello collum solvit, quia cultellus furtivam infert mortem.

[hasła: zranienie wzajemne, nóż, miecz, rana godna pojedynku, kara ucięcia ręki, kara śmierci]

[35] LV. De vulneribus pernoctatis.

Eciām si alter alterum vulneraverit et causa sua pernoctaverit sibi debet indicī ad iudicium proximum. Et si vir vulneratus fuerit <sup>a</sup> rana smyertella, et si comparuerit et conquestus fuerit, sibi debet indicari ad iudicium proximum. Si autem vulnus monomachale fuerit, tunc continuus sibi iudex statim debet pro facto manifesto indicari.

<sup>a</sup> bliżej nieokreślony znak, zapewne celem wskazania następujących wyrazów w języku polskim

[hasła: zranienie, skarga, zwłoka, rana godna pojedynku, sąd, sędzia]

[36] [k. 1va] LVI. De duobus vulnerantis coram iudicio comparentis.

Si duo vulneraverint se et ambo coram iudicio compareant et querimonias proponent, qui primam querimoniam precellentem protestari poterit, ad suum adversarium duellum aquirit, et ipsum in iusto modo salutaverit incitaverit, et si vulnus monomachale fuerit. Si autem duellum ad diem dilatum fuerit, et si alter pugillem convenerit super alterum, et si ille protestari poterit, quod pugil mercenarius sit, ex tunc<sup>a</sup> iure a duello sibi cedere potest.

<sup>a</sup> odczyt wątpliwy

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, pojedynek sądowy, rana godna pojedynku, odroczenie, pięścian, zastępca, najemnik]

[37] LVII. De vulneracione unus alterum.

Si vulnerat vir alterum, et si caucionem fideiussorie fecerit usque ad iudicem vel ad iudicium, et si iudex ipsis partem indixerit, et si ipsum postea occiderit, et si fideiussores posuerit super ipsum pro causa eadem, ipse proprius evadet metseptimus de homicidio, quam super ipsum aliis potestari possit. Si autem coram iudicio comparuerint, et si in iudicio bannito manu pax promissa fuerit coram iudice et scabinis pro primo vulnere, et ipsum postea occiderit, hoc melius potest super ipsum protestari, quam ipse evadere possit.

[hasła: zranienie, poręczenie, sąd wyłożony, sędzia, pokój, uwolnienie od skargi, samosiód़m, przysięga, współprzysiężnik, zabójstwo, ławnik]

### [38] LVIII. De vulneracione mutua duorum.

*[k. 1vb]* Si se duo mutuo vulneraverint et ambo coram iudicio compareant et querulose proponant, et querimonia <unus super alterum<sup>a</sup>> usque ad iudicium dilata fuerit, quiquam *[s]* primo querulatus moriatur ab hiis vulneribus, et mortuus ad iudicium portaretur, et alter vulneratus eciam ad iudicium comparuerit, et unus, mortui cognatus, loquatur super vulneratum cum testimonio sive duello, quod ipse suum proximum affinem occiderit, et pro eo petit iudicium. Extunc ille petit satisdacionem de iure, hoc tamen proprius est evadere metseptimus, quam ille super eum protestari possit. Et si evadet, tunc suum testimonium debet sic procedere, quod inicium conpcionis illius fuerit et non suum. Et si quis suos testes incontinenti habere non poterit, terminum ad sex ebdomadas acquirit, ex hiis sibi eligat unam quindenam, quamcumque voluerit. Si autem ille ipsum monomachaliter allocutus fuerit, extunc pro suo collo respondere opportet.

<sup>a</sup> na prawym marginesie

[hasła: zranienie wzajemne, sąd, skarga, odroczenie, krewny, poręczenie, gwar, zabezpieczenie, termin, bliższość do dowodu, niewinność, zabójstwo, uwolnienie od skargi, pojedynek sądowy, samosiód़m, świadek]

### [39] LVIII. De li[bero] vendicione equm.

Si vir equm vendiderit, promittere debet in eodem loco, quod stabilis non fuerit, ita quod a loco discedere *[k. 2ra = k. VII]* tempore se offerente voluerit *[s]*, et videre apparens [quod non]<sup>a</sup> sit cecus, et eciam [quod est liber]<sup>a</sup> ab iniusta arrestacione.

<sup>a</sup> uzupełnienie wg propozycji W. Maisla (*Prawo magdeburskie miasta Pleszewa*, s. 77)

[hasła: sprzedaż, koń, ewikcja, odpowiedzialność, wada faktyczna, wada prawną]

### [40] LX. De furis deprehensione.

Si fur clara luce diei deprehensus fuerit, qui bone fame sit in furtu<sup>a</sup>, et non plus quam tres solidos valeat, cuttem cum crinibus demeretur. Sed si furtum ultra tres solidos valeat, reus est suspendio. De hiis denariis tres solidi medium fertonem debeat ponderare. Si autem fur tempore noctis deprehensus fuerit cum sex denariis, reus est patibulo.

<sup>a</sup> w rkp. furto

[hasła: kradzież w dzień, kradzież w nocy, dobra sława, kara na skórze i włosach, kara śmierci, powieszenie]

[41] LXI. De bonis conquestione.

Conqueritur vir super alterum pro bonis, quod sua sit vera hereditas, et quod ille veniet cum iniuria, et sua vera sit successio a suo patre, vel ab alio amico suo, a suo predecessore, et si ille compareat super quem querimonia fuerit proposita, et dicet se habere bonorum defensorem <sup>[a]</sup> zachoczcza vel warmana, et bona possidet pacifice et quiete, [anno] et die, contradiccione qualibet non obstante et est iuste ac recte et rite meum premium censuale, ipsum opportet censuale suum nominare, et ad dijk. 2rbjes statuere, et cum defensore conservabit bona sua, si defensus fuerit, ut iuris, a deffensore. Si autem sibi defectus fuerit in defensore, alter conservat suam legalem proprietatem, in bonis eisdem, quia quivis homo conservat suam innatam hereditatem, facilius quam alter emptam proprietatem, vel obligatam, aut premium censuale.

<sup>a</sup> bliżej nieokreślony znak, zapewne celem wskazania następujących wyrazów w języku polskim

[hasła: skarga, nieruchomości, dziedzictwo, spadek, ojciec, krewny po mieczu, spadkodawca, spokojne posiadanie, świadek, rok i jeden dzień, termin, prawo naturalne]

[42] LXII. De hereditariis censualibus bonis.

Si homo habuerit hereditaria censualia et bona a quodam monasterio, et si dominus vel abbas sibi non fatetur, aut conventus, hic vir potest metseptimus protestari suorum choheredum, quorum quilibet iurabit singulariter, quod iustum est ac successorum suorum sit premium censuale. Et si dominus seu abbas hiis septem de ipsorum bonis denegaverit aut fateri voluerit [s], extunc quivis metseptimus suorum choheredum sua bona optinebit.

[hasła: dziedzictwo, własność, dobra czynszowe, klasztor, pan feudalny, opat, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[43] LXIII. De produccione testimonium super proprium.

lxiii. Si vir debet producere testimonium super proprium alterius metseptimus, aut octavus, hoc facere debet cum possessis [k. 2va] hominibus, qui iudicio astare solent, et domicilia habentibus in iudicio supradicto. Si autem vir persoluta debita debet protestari super proprietatem alterius, hic iterum esse debent possessi homines domicilia habentes, si hoc in iudicio non fuerit confirmatum. In nullis causis precio conventi seu empti vale[a]nt protestari, quia iure possunt vinci.

[hasła: własność, samosiódem, przysięga, samotrzeć, posesjonaci, współprzysiężnik, domicyl, okręg sądowy, dług zapłacony]

[44] Capitulum LXIII. De protestac[i]one solutorum debitorum.

Si aliquis debet persoluta debita protestari vel probare pro debito, hoc facere debet talibus cum hominibus, qui in suo iure argui non possunt mettercius.

[hasła: dług zapłacony, współprzysiężnik, przysięga]

[45] LXV. De viro decente viduam.

Si vir duxerit uxorem viduam, que unum aut plures pueros habuerit et ipsa nulla bona habuerit nec ipse, et vir unum filium habuerit cum prima sua uxore, et si fortuna aridente per suos labores bona habuerit, aut proprietatem sive hereditatem emerit, aut super bona mobilia sive mercimonia posuerit, et si vir moritur et uxor, extunc filius viri proprietor est recipere hereditatem, quam pueri femine, aut pueri sororis sue, vel eciam nepotis seu ne[k. 2vb]ptis ex filia sua. Ita tamen, si filius patri sit paris condicionis. Proxima cognata uxoris recipit suppellectilia iure.

[hasła: wdowa, syn, dobra, własność, dziedzictwo, ruchomość, towar, żona, spadek, zasady dziedziczenia, reguła, siostra, wnuk, wnuczka, równy stanem, krewna, gerada]

[46] LXVI. De viro danto pueris sua bona.

Si aliquis vir dederit suis pueris aliqua sua bona, et sue uxori, in suo iudicio bannito circa suam vitam, et bonam rationem, et si sibi paris condicionis pueri fuerint, et si desuper vera pax firmata fuerit, et in posterum alteri in eisdem bonis aliquid dederit aut heres fuerit, aut non, ille, cui prima donacio sit data, bene contradicere potest de iure. Ita tamen, si testimonium iudicii desuper fuerit et scabinorum, quod si[bi] primum donum donatum fuerit absque contradicione illius, qui ad hoc successor fuerit infra annum et diem. Extunc contradicere non potest, si ille super hoc testes habuerint.

[hasła: dobra, transakcja, sąd wyłożony, dożywocie, równy stanem, pokój, roszczenie, sędzia, ławnik, darowizna, sprzeciw, spadkobierca, rok i dzień, prawo]

[47] LXVIII. De viro danto uxori sua edif[icia].

Si vir sue uxori sua edifica dederit, que super bona censualia edificata sunt, coram domino proprietatis, et coram vicinis suis, tempore vite sue, et inducit eam in possessionem, et si decedit de hac luce sine prole, et si heres suus super bona [k. 3ra = k. VIII] eadem loqui voluerit post mortem, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestari poterit,  $\vdash$ obtineis<sup>a</sup> $\dashv$  quod ei data fuerit. Si autem fundus et edifica proprialiter viri fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis, quam suus heres contradicat. Si autem hereditaria censualia fuerint bona, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel proprietatis domini consensu, in cuius bonis sunt. Si vir mercimonia aut mobilia bona habuerit, quod cum bonis emerit eisdem successoribus paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis.

<sup>a</sup> skreślone ręka autora podstawy

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]

[48] LXVI. De viro habente mercimonia.

Si autem <vir<sup>a</sup>> habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreverunt cum sua uxore potest dare in valitudine vite sue cuicumque placet, cuiuslibet sine contradicione.

<sup>a</sup> na marginesie

[hasła: żona, towar, ruchomość]

[49] LXVII. De obnoxio alicuius monasterii.

[k. 3rb] Ubi alicuius monasterii obnoxius suam penam demeretur<sup>a</sup>, hoc  $\vdash$ sibi<sup>a</sup> $\dashv$  sunt XXX solidi, obnoxius bene potest  $\vdash$ bene potest<sup>a</sup> $\dashv$  sua bona resignare et iterum suscipere et dare cui placet, contradicione qualibet non obstante, que propriis laboribus acquisivit. Ubi obnoxius suo domino suum censem subtraxerit, pro eo demeretur tria talenta. Quidquid obnoxius criminalis cause comiserit, pro eo nullas querat iudicium nisi domicilium advocati. Quando obnoxius moritur, extunc suo domino advocate debet et opportet dare denarios obnoxiorum et meliorem equum, quem habet. Idem opportet sacerdotem suo archipresbitero, dum moritur, tunc suum dare opportet equum meliorem.

<sup>a</sup> w rkp. demerentur

[hasła: mnich, zakonnik, klasztor, sprzeciw, przestępstwo, sąd, wójt, arcybiskup, koń]

[50] LXVIII. De morte viri habente nepotem ex filia.

Si moritur vir absque herede et nepotem ex filia habuerit, que exheredata fuerit circa vitam suam, idem nepos maiores *[s]* recipit iure bona porcionem *[s]* sui patrui secundum iudicium, de hoc si sibi est paris condicionis, sed iudicium recipit sua arma bellica. Si eciam filius duxerit uxorem tempore vite patris sui, et premoriatur patri indivisus sua hereditate, ex/k. 3va]tunc ipsius filii hereditatem avi recipiunt, et non filii filiorum. Si autem pater filium a se divisit, protunc filii filiorum et filiarum in bonis suis avi equalem recipiunt porcionem. Sed in hereditatibus avi filie filiorum et filiarum iuridice sunt equales.

[hasła: dziadek, córka, syn, spadkobierca, spadek, hergewet, żona, spadek]

[51] LXIX. De abtestacione unius alteri.

Si unus abtestari voluerit alteri manum suam pro falso, hic oportet, quod faciat mettercius cum talibus hominibus, qui in suo iure argui non possunt. Si autem facere debet pro vulnere in facto manifesto, oportet quod hoc faciat metseptimus, pro iusticia pacis, ita tamen, si manifestum factum cum malefactore ad iudicium fuerit deductum.

[hasła: samotrzeć, kłamstwo, fałszywe zeznanie, rana, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, pokój]

[52] LXX. De morte viri, qui pueros habuerit.

Cum moritur vir, qui pueros habuerit, qui ad annos discretionis nondum pervenerunt, proximus cognatus eorum debet esse ipsorum tutor, usque ad annos pervenerint pubertatis. Et si idem nondum ad huc pubertatis annos atti[n]gerit, adiutor suus debet propior agnatus esse, quounque ad annos pervenerit pubertatis seu discretionis, et rationem anno /k. 3vb/ ad annum de bonis pupillorum coram vero ipsorum tute facere tenetur, vel coram consulibus aut scabinis.

[hasła: ojciec, dziecko, krewny, opiekun, lata sprawne, dojrzały, sprawozdanie, rachunek]

[53] LXXI. De querimoniis de in facto manifesto.

Omnes querimonia ac testimonia, que in criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducto fuerint, virum metseptimum *[s]*

protestari oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomachalia in duellaria non fuerint vel mortalia. Manifestum factum ibi esse dicitur, ubi vir captivatur cum furtu<sup>a</sup> aut spolio et deprehensu ducitur in iudicium cum clamore.

<sup>a</sup> *w rkp.* furto

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiód़m, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie]

[54] LXXII. De facto manifesto gladii aut cultelli.

Si eciam manifestum factum ibi esse dicitur, ubi viro gladius aut cultellus, aut alia arma sua in sua manu deprehensa fuerint, cum qualibet pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensu fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis.

[hasła: sąd, gorący uczynek, samosiód़m, przysięga, współprzysiężnik, pokój, miecz, nóż, uwolnienie od skargi]

[55] LXXIII. De stupro et obsidio in facto manifesto.

Et si factum manifestum cum viro ad iu/[k. 4ra = k. IX]dicium deductum fuerit, stuprum et obsidium, et irruenciam domiciliorum, homicidium, furtum et spolium probat homo metseptimus protestando. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere.

[hasła: skarga, gorący uczynek, samosiód़m, przysięga, współprzysiężnik, kradzież, gwałt, zasadzka]

[56] LXXIIII. De pacis violencia mulieris.

“Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo  $\vdash$ venit<sup>a</sup> $\dashv$  venit intra municipalia, et pacem violavit, et me stupravit et spoliavit corpore et rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum  $\vdash$ habuerit<sup>a</sup> $\dashv$  clamorem audierunt, et ostendere volo factum, de iure habeo et debo et quero in sentencia diffinitiva,  $\vdash$ quod<sup>a</sup> $\dashv$  quomodo ego ipsum vincere debeam, et michi nichil proficiat in iure meo”. Et tunc ille petat satsidacionem, idem gwar, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat de facto innocentem esse. Tunc tutor mulieris interroget in sentencia diffinitiva, si mulier violenciam melius protestari poterit cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum in facto manifesto ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur de iure, quod possit [k. 4rb] ipsum vincere possib[il]ius cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam ille evadere possit. Et si hoc protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

[hasła: sąd, sędzia, skarga, gorący uczynek, pokój, opiekun, napad na dom, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]

[57] LXXV. De viro vulnerato et deducto ad iudicium.

Si vir vulneratus ad iudicium deductus fuerit cum clamore in facto manifesto, et si ita imbecillis aut debilis fuerit, per tutorem ipsum querulari opportet et prolocutorem per sentenciam petat, extunc tali modo procedat sua querimonia: “Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocate, extunc in sententia requiro et si per iusticiam insidias per aliquem pati debeam, quas iure tenere debeam aut sustinere, cum suam causam per iuris exigenciam teneo”. Extunc sibi diffinitur, quod non, et tunc petat correccionem. Cum obtainuerit, tunc petat colloquium pro consilio, extunc cum colloquium habuerit, tunc requirat, qualiter suam querelam inchoare debeat, et hoc per sentenciam diffinitivam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc *[k. 4va]* interrogetur per sentenciam seu sentencialiter, si requiri debeat ab ore ad os, a quo suam habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur duo scabini et preco, aut duo viri, qui in iudicio astare consueverunt, qui ab ipso solo audiant, quo suam receperit aut habuerit lesionem, vel quia in eo pacis federa infregerit. Extunc requiritur sentencialiter, ut interrogari debeant circa iuramentum prestitum aut ius civitatis, quod ab eo audierint. Tunc unus interrogetur ad dicendum, quid ab eo audierit. Audita responsiva sua, tunc in sentencia requiratur, si iam profecerit, cum sibi diffinitur, quod sic, eciam interrogetur. Extunc sibi diffinitur, quod sic profecerit secundus et tertius, deinde querela[m] incipit sic dominus: “Domine iudex, placeat attente audire”. Tunc hic N. conqueritur<sup>a</sup> vobis super unum N et T, et quod ipsi venerunt intra unum municipale, et pacem in eo fregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum affinem proximum trucidaverunt, si homicidium fu[er]it, et spoliaverunt ipsum corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc illi  $\vdash$  re<sup>b</sup> ter vocantur, quando ter *[k. 4vb]* per clamorem vocati fuerint, tunc conqueratur ulterius et nominet et malefactores, ut prius querulatum fuerat. Idem faciat tercia vice.

<sup>a</sup> w rkp. conquiritur; <sup>b</sup> skreślone ręką autora podstawy

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie]

[58] LXXVI. De induciis, que pernoctaverit.

Extunc inducie durant per noctem. Si tunc non compareant, proscribantur. Si autem compareant, duellum in eis aquiri potest.

[hasła: noc, pojedynek sądowy]

[59] LXXVII. De protestacione viri super fure et spoliatorem.

Quando vir furem aut spoliatorem protestari voluerit, qui cum manifesto facto ad iudicium cum clamore productus fuerit, qui conqueritatur *[s]*: “Domine iudex, conqueror Deo et vobis super meum furem, quem cum apparenti furtu<sup>a</sup> captivatum et ligatum ad iudicium usque deduxi, quod venit intra meos quatuor anglos et subtraxit michi mea bona, super quo habeo bonum testimonium cum aliis, qui meum clamorem audierunt, et ipsum volo vincere iure meo et testimonio meo, ut hic michi ius dictaverit. Et quero, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo”. Tunc sibi diffinitur *[k. 5ra = k. X]* metseptimus, si furtum presens fuerit. Idem iudicium fiat pro spolio et super raptorem.

<sup>a</sup> w rkp. furto

[hasła: kradzież, złodziej, gorący uczynek, sąd, skarga, sędzia, dobra, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[60] LXXVIII. De querela ratione Cunradus super Henricum.

Hic stat Cunradus et conqueritur super Henricum Deo et domino nostro, regi aut duci, aut vobis iudex, aut toti universitati civitatis, tam divitibus quam pauperibus, quod ipse inter municipale venit ad locum talem, ubi Cunradus pace et quiete frui debuerat et sibi obsidium fecit in strata regia et pace, et in eo pacem infregit ac ipsum vulneravit et ipsum spoliavit in corpore et in rebus su*[i]*s, et in eo talem strepitum perfecit, quem bene ipsum perficere potest, cum ipse in eo pacem violavit et in eo strepitum comisit, tunc in persona propria ipsum cum clamore proclamavit. Si hoc fatetur diligit, si autem negabit, ipse eum vincere intendit per hos, qui suum audierunt clamorem ac suo testimonio. Et sicut ipsum in manifesto facto ad iudicium deduxit, sic in sentencia requirit, quomodo ipsum vincere beat, ut sibi proficuum *[k. 5rb]* sit in iure suo.

[hasła: skarga, król, książę, sędzia, miasto, zasadzka, droga królewska, zranienie, pokój, gorący uczynek, sąd, wyrok, prawo]

[61] LXXIX. De recep[to] suppellectile a muliere ad quam pertinet.

Si mulier recipit suppellectilia, ad quod spectant omnes oves et modele *[s]*, et omnia cibaria et domestica, de quibus vir indiget ad unius anni revolutionem, que in sua possessione inveniuntur, ad mulierem pertinet medietas. Cum uxor moritur, proxima uxor cognata recipit suppellectilia, que debet viro decorare suum stratum, ut stetit<sup>a</sup> *[s]*, cum uxore sua vixit, cum cusino, suum sedile cum pulvinare, suum stratum cum lecto, cussinis et coldra, suam sedem cum sede tectorio, quod singulis diebus desuper iacuit, suam mensam cum mensali et manutergio. Hec mulier recipit pulmentaria.

<sup>a</sup> w rkp. stetet

[hasła: gerada, mąż, krewna, część obowiązkowa, okrasa]

[62] LXXX. De uno pacis violatorio monomachali.

Qui monomachaliter idem duellariter suum equalem alloqui voluerit, hunc iudicem petere opportebit, ut se intromittere possit de uno pacis violatore, quem videat in presenti. Cum hoc per sentenciam diffinitum fuerit, tunc eciam in sentencia [k. 5va] requiratur aut requirat, per quem modum se de ipso intromittere debeat, ut sibi in suo iure proficere possit. Tunc sibi de iure diffinitur curialiter. Et cum de ipso se intromittit et pronunciat sibi causam, pro qua se de ipso intromiserit, quod statim facere potest, si vult, aut pro eo habere colloquium. Tunc ipsum inculpare opportebit, quod in eo pacem infregerit aut in strata regia, aut in villa, equaliter infregerit, eodem modo super ipsum conqueritur. Tunc ipsum iterum inculpet, quod ipsum depredatus fuerit et eam in eo vim fecerit, quam bene probare poterit. Tunc vulneris cicatricem demonstret, si vulnus sit sanatum. Tunc ulterius conqueratur, quod ipsum spoliaverit bonis suis et de ipsis tanta receperit, quod bene duellum meretur. Hec tria criminalia facta omnia demeretur simul, de quoquaque horum trium de uno obliviscitur aut tacuit, extunc suum duellum amisit. Tunc loquatur ulterius: tunc ipsum solum, hoc in persona propria viderit et ipsum proclamaverit clamore. [k. 5vb] Si fateri voluerit, quod diligit, et si non fatebitur, omni iure ipsum vincere volo, ut michi vulgus iudicaverit, aut scabini, si sub banito regio fuerit. Extunc ille petat satisdacionem, quam sibi facere debet.

[hasła: sędzia, pokój, wyrok, prawo, pojedynek sądowy, skarga, droga królewska, oskarżenie, rana, blizna, dobra, sąd królewski, ławnik, gwar, zabezpieczenie, przysięga]

[63] LXXXI. De paupere, qui suam querimoniam meliorare potest ante satisdacionem.

Pauper vir potest suam querimoniam meliorare ante satisdacionem, si voluerit, et facta satisdacione ille suam exhibeat innocenciam, hoc iuramento, quod ipsum iurare opportebit et iuramentum monomachale [<sup>a</sup>], si ipsum iure incitaverit et si hoc fuerit, et si perficere potuerit pro imbecilitate [<sup>b</sup>] corporis sui. Quivis vir potest se a duello excusare illi viro, qui sibi paris condicionis non fuerit. Ille autem, qui nobilioris nature fuerit, [ille] illi preesse non potest, qui deterioris nature fuerit, si ipsum alloquitur. A duello eciam cedere potest, qui post meridiem allocutus fuerit, nisi ante meridiem esset inchoatum, iudex eciam habere debet clipeum illi, super quem allocutum fuerit. A duello eciam excipere potest vir suos affines, si uterque suus a/k. 6ra = k. XIffinis fuerit, hoc duellum probare debet metseptimus tacto sacramento, quod ita sanguineitatis linea coniuncti fuerint, quod simul pugnare non poterint. Iudex eciam duos nuncios dare debet cuilibet horum, qui pugnare debent, qui videant, ut habeant attinencia secundum suam veram consuetudinem. Coreum et linea vestimenta seu indumenta induere possunt, quantum placet. Caput et pedes ante nudi fuerint, in

manibus cirotetas habeant, unum gladium nondum in manu et alio cincti, aut duobus, hoc arbitrio eorum comittitur. Clippeum rotundum in manu, non aliud quam lignum aut coreum si[t], preter manu<sup>c</sup> tectorium, quod debet esse ferreum, unam tunicam absque manicis super preparamenta. EIAM iudex indicere debet pacem circa collum, quod nemo eos impedit circa duellum. Cuilibet ipsorum iudex unum virum dare debet, qui falangam desiderat, quod ille facere, nisi voluntas iudicis fuerit, non potest. Postquam pax indicta fuerit, iam ambo debent circulum affectare, quem ipsis iudex licenciare debet. Finalia ferramenta de [d] vaginis deponere debent, [k. 6rb] nisi a iudice licenciam habuerint. Ambo ornati ire debent ante iudicem, et ambo iurare debent: unus, scilicet actor, quod causa sit vera, pro qua super ipsum querelam fecit, et respondens, quod sit innocens. Ipsos Deus adiuvet et suum duellum. Sol eiam ipsis debet dividi recte, quando primo convenient. Si vincetur ille, super quem conqueritur, iudicetur et sentencia capitali. Si autem vicerit, dimittetur cum pena et emenda. Actor primo circulum intrare [debet]. Si alter diu circulum intraverit, iudex debet ipsum per preconem mittere vocare in illa domo, ubi se preperaverit, et duos iuratos cum ipso debent [s] mittere. Si[c] debet citare primo, secundo, tercio, et si ad terciam citacionem non venerint, tunc querulator surgat et se ad duellum exhibeat. Et percuciat statim duos ictus et semel fugat [s] contra ventum, cum eo suum adversarium vicit in tali causa, pro qua ipsum fuerat allocutus. EIAM iudex sibi iudicare debet, sic duello esset convictus, sic mor[k. 6va]tuus convictus, si in furto aut rapina, aut in tali crimine occisus fuerit. Si autem mortuus fuerit cum septem testibus protestari poterit, extunc ad duellum se non indiget exhibere contra ipsum. Si autem alter agnatus mortui, quisunque fuerit, loco ipsius ad duellum se exhibuerit, hic extinguet omne testimonium, quia tunc ipsum absque duello vincere non potest, nisi fuerit prescriptus, ut superius est expressum. Sic vincetur et ille, qui ad duellum captivatus fuerit, aut promittat aut caucionem fideiussorie fecerit comparere et non comparuerit ad iustum responsivam.

<sup>a</sup> a ze skrótem na marginesie; <sup>b</sup> ci na marginesie; <sup>c</sup> w rkp. mannu[m]; <sup>d</sup> wyraz zamazany

[hasła: ubogi, niewinność, niepełnosprawność, równy stanem, szlachcic, tarcza, miecz, krewny, zwyczaj, pieśniarz, wola, powód, kradzież, świadek, krewny po mieczu, nawiązka, kara sądowa, mulkta, posiedzenie]

[64] LXXXII. De exemptione vite cum pecunia et.

Qui vitam aut manum pecunia exemerit, hic iure privetur.

[hasła: utrata prawa, pieniądze, wykupienie od kary, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[65] LXXXIII. De bonis unius v[i]ri pluribus adinventis.

Si tempore vite unius viri plura bona fuerint adinventa, quam suo iuramento exactionaliter comprobasset, et si fatetur eadem bona esse sua, tunc periurus [k. 6vb]

existit et perdit ius suum civile et caret iure, pro[pter] quod dicitur infamis. Et quicumque periurus debeat probari vel protestari, hoc eciam iudicio oportet, quod causa sibi nominetur pro[pter] quam sit periurus. Et si fateatur, quod bona sub ipso valeant premonstrari, pro quibus iuravit patenter, extunc periurus est convictus et omni iure carens et suum perdit ius civile.

[hasła: podatek, dobra, przysięga, prawo miejskie, obywatelstwo miejskie, infamis, sąd]

[66] LXXXIII. De fideiussoria pro scelere.

Qui eciam fideiusserit virum unum pro scelere ad statuendum ipsum coram iudicio, et si ipsum statuere non poterit, recompensam ipsum solvere oportet, et sibi in suo iure non oberit illi, qui fuerat fideiussor.

[hasła: poręczenie, zapłata, wynagrodzenie, prawo, sąd]

[67] LXXXV. De prescripcione.

Et nemo proscribi debeat, nisi culpa ad collum vel ad manum pertransit.

[hasła: wina, kara śmierci, kara ucięcia ręki]

[68] De armis bellicis. Capitulum LXX[X]VI

Qualiter pro armis bellicis dare debeat gladium mariti vel suum runcinum vel dextrarium meliorem sellatum et meliora arma, que habuit pro corpore unius viri, cum decessit in sua potencia, de iure dare debet pulvinar bellicale in lectum <sup>a</sup>

<sup>a</sup> brak karty i artykułów 69–71

[hasła: hergewet, miecz, koń, prawo]

[72] [XCII] [k. 7ra = k. XIII] iudicem habere poterit et homines, qui hoc viderunt et audierunt, ipse est proprius duellum super eum aquirere, quam ipse eum evadere possit suo iure eum vincere cum testibus, quam ille cum testibus evadere possit. Si autem super caput aut brachia percussus fuerit, et si ali [s] qualiter ostendi non possit, illi homines melius evadere possunt, quam ille super eos probare possit suo iure in sua manu. Si autem fatetur, quivis amittit emendam xxx solidos. Si autem vulnera mortalia fuerint, respondere tenetur cum duello et cum testibus, qui pro eo iudicialiter impulsati fuerint. Si autem mortales [s] non fuerint, unus respondebit cum duello et alii respondebunt absque duello, quia ipsi evadunt cum suo iuramento.

[hasła: sędzia, pojedynek sądowy, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, przysięga, nawiązka, kara sądowa, mulkta]

[73] XCIII. De hereditas sine herede invenitur.

Si hereditas mortalibus sine herede inventa fuerit aut demanserit anno et die, regie cedet maiestati.

[hasła: kaduk, rok i jeden dzień, król, spadek]

[74] XCIII. Si vir occiditur, tres aut plures pueros habet et.

Si vir occisus fuerit, ut qui pueros tres [*k. 7rb*] aut plures habuerit, et vir unus pro eo iudicitaliter pro impulsatus fuerit evaserit, ut ius dictaverit, et si sibi super eadem querimoniam vera satisdacio facta fuerit, non debet in posterum ab hiis pueris pro homicidio infestari.

[hasła: ojciec, dziecko, zabójstwo, prawo, uwolnienie od skargi, skarga, zabezpieczenie, gwar]

[75] XCV. Iuramenta super diem ligatum venientia, iudex iuramenta prorogare potest pro alia die.

Si eciam iuramenta promissa venerint super diem ligatum, hec iudex protrahere debet aut potest super alium diem iudiciale, qui venerit extra dies ligatos. Et si eciam vir balbuciens vel alter, seu testis ipsius fuerit impeditus, ita quod imperfecte suum dixerit iuramentum, ille seipsum emendare velit, quociens impeditur et manebit de huiusmodi sine damno. Si vir alteri iurare debet coram iudicio digne et sine pena, iurare bene potest supraponere absque licencia, quod per iuratum non amittit.

[hasła: dzień świąteczny, niepełnosprawność, kara, przysięga, sąd]

[76] XCVI. Si arestat aliquis equm et dixit, esse cum sibi subtractum aut eo spoliatum.

Si aliquis arestat equm et dicit, quod sibi sit subtractus aut eo sit spoliatus, ad hoc trahere debet, ut iuris est, tunc ille se bene ad suum venditorem [*k. 7va*] trahere potest et venditorem bene nominare, super quem se traxerit, et iurare debet tacto sacramento, quod se ad verum trahat venditorem. Quodcumque eum nominaverit, ibi eum sequi opportet, non autem ipsum sequi debet ultra  $\perp$ iurare<sup>a</sup> $\perp$  Mare Aquilonis. Sed si sibi defectus fuerit et neminem pro se respondentem habuerit, utpote iudicio venditorem habere non poterit, ut se coram iudicio iactitavit, extunc fideiussorem fideiussorie sibi faciat caucionem iudicii pro pena et expensis, quas adversarius suus expendit, et diem nominare, quando ibidem poterit pervenire. Si autem dixerit, quod

in foro communi vel libero emerit eundem equm, extunc suam peccuniam, quam pro eodem equo dedit, integraliter amittit, et illi suum equm reddere opportebit, et nullam penam pro eo amittit.

<sup>a</sup> skreślone ręką autora podstawy

[hasła: koń, zastępstwo, kradzież, sprzedaż, ewikcja, przysięga, odpowiedzialność, sąd, poręczenie, pieniądze]

[77] XCVII. De extorsione pene pro iudice, ulterius ius nec aliam potest extorquere.

Quando iudex suam extorquet penam, ulterius nec aliquam aliam potest extorquere. Et si vir bona iudiciorum alloquitur, ut est, aut hereditatem, pro eo non indiget iudiciorum dare quidquam, cum ipse eum ad iusticiam iuvare teneatur. Et si sibi suam [k. 7vb] querelam tenere promiserit, etsi medio tempore concordatum per bonum pacis fuerit, pro eo vel plus non plus amittit, quam iudex suam aquirit penam.

[hasła: sędzia, kara sądowa, multa, dziedzictwo, prawo, sprawiedliwość, skarga, pokój]

[78] XCVIII. Si vir vulneratus aut trucicatus fuerit.

Si vir vulneratus aut trucicatus fuerit et conqueri voluerit [s], iudex ipsum nec ad aliquam querimoniam compellere potest ultra suam voluntatem.

[hasła: zranienie, otrucie, skarga, sędzia, wola]

[79] XCIX. Nullus bona prescripti aut ad mortem damnati recipit in hereditate.

Et si vir prescriptus aut sentenciam mortis iudicatus vel condemnatus fuerit, sua bona nullus recipere potest, quam sui veri heredes.

[hasła: kara śmierci, konfiskata dóbr, dziedzic, spadkobierca]

[80] C. No[ta]. <sup>a</sup> Si vir moritur, qui habeat pueros et bona habuerit nulli donata<sup>b</sup>, pueri sui sibi succedunt, si equalis sibi fuerit in natura. Et si ex hiis pueris unus decesserit, mater sibi in sua parte succedit. Et mater cum hiis bonis nichil facere potest absque suorum heredum consensu ac voluntate.

Si autem omnes pueri, mortui patre <vivente<sup>c</sup>>, moriuntur, extunc [k. 8ra = k. XIII] sua bona heredita[n]t super suam matrem, et si post hoc puer<sup>d</sup> [s] decesserit ab hac luce, pro tunc eadem bona omnia heredant super suos proximioros heredes, sive sint masculi, sive femine, ex paterna vel materna consanguinitate. Eciam mater talibus innatis mobilibus bonis facere et dimittere potest sine suorum heredum

consensu, sed cum hereditatibus stantibus et propriis nichil facere potest sine consensu et voluntate propinquorum heredum suorum.

<sup>a</sup> omyłkowo wprowadzone brzmienie rubryki następnego artykułu, skreślone; <sup>b</sup> w rkp. donate; <sup>c</sup> dopisane na dolnym marginesie; <sup>c</sup> możliwa lekcja pater, także nonsensowna

[hasła: ojciec, dziecko, dobra, spadek, równy stanem, matka, wola, zgoda, bliski krewny, pokrewieństwo, ruchomość, nieruchomości]

[81] CI. Puer XII annorum pro sua voluntate tutorem eligit et tutor matri et pueru rationem faciat, et in eadem estate iudicio sisti debet.

Quando puer duodecim annorum est, tunc potest eligere pro sua voluntate quem voluerit pro tutore. Et qui suus tutor fuerit, matri rationem facere debet et adolescent, quid cum bonis factum fuerit. Cum eciam puer fuerit duodecim annorum, extunc mondiburdius est, et potest in eo iudicio perpetrare et potest indicari, et eciam sua bona a se sine tutore alienare. Sed innatam hereditatem et proprium debet dare cum [k. 8rb] consensu heredum. Eciam iste puer ad responsonem de iure valet coartari.

[hasła: dziecko, opiekun, matka, rachunek, sprawozdanie, lata sprawne, dobra, zbycie, zgoda, dziedzic, odpowiedzialność prawna]

[82] CII. Alloquitur aliquis aliquem, {quod suas} quod suus sit illiber et suam libertatem protestari debet.

Si vir alloquitur aliquem, quod sit suus illiber, si potest suam libertatem protestari, proprius, quam ille eum vincere possit. Si libertatem suam probare potest cum tribus cognatis, sicut metseptimus esse debet, sive sint viri sive femine.

[hasła: wolność, bliższość do dowodu, uwolnienie od skargi, krewny samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, mężczyzna, kobieta]

[83] CIII. Si quis conqueritur pro debito aut pecunia pro ludo taxillorum aquisita, pro eo non respondebit.

Si aliquis super aliquos super aliquem conqueritur pro debito aut pecunia ludo taxillorum aquisita, pro eo respondere non habet. Eciam si conqueritur quis de alio pro cibariis prepatis et coctis, hic proprius obtinere iuramentis, quam ille ipsum evadere possit iuramento.

[hasła: dług, pieniądze, odpowiedzialność, bliższość do dowodu, przysięga, uwolnienie od skargi]

[84] CIV. Subtractio a proscripcione et solutus fuerit, penam iudex obtinet.

Qui se substraxerit a proscripcione et solutus, iudicatus fuerit, iudex in eo suam obtinebit penam. Et si sibi iudex fateri voluerit [*s*], ipsum bene potest protestari per unum, qui eodem interfuerit iudicio, quia [*k. 8va*] nec captivatus iudicio apparuit, nec proclamatus fuit. Si autem ipsum iudex in posterum obiurare voluerit, ipsum in nullo ulterius obiurare et aggravare potest, quam ad suam penam, nisi super eo testes habuerit, quod se extra proscriptionem obiuravit, id est per iuramentum liberatur.

[hasła: kara, sąd, uwolnienie, sędzia, świadek, przysięga]

[*85*] CV. Servus deservitum premium super domino obtinet et nullam penam demeretur, si dominus eodem die deservitum solverit.

Si servus deservitum premium super suum dominum obtinebit coram iudice demeretur penam rt dominus servo solve hoc tenetur eodem die etc.

[hasła: sługa, pan, wynagrodzenie, sąd, mulcta, zapłata]

[*86*] CVI. Conqueritur quis pro debito cum testibus fidei dignis, qui in iure non possunt reprobari et ille dicit se innocentem.

Si vir conqueritur super alterum pro suo debito cum testibus, hoc bene potest obtainere cum viris fidei dignis, qui in suo iure non possunt reprobari. Ita tamen, si ille dicit se innocentem. Si autem respondens se dixerit debitum persolvisse, extunc impedit sibi suum testimonium. Tamen bene probare potest [*k. 8vb*] cum viris fidei dignis mettercius tacto sacramento.

[hasła: skarga, dług, świadek, niewinność, zapłata, przysięga, samotrzeć, współprzysiężnik]

[*87*] CVII. Peticio satisdacionis per actorem reus negare non potest et ab quivis ipse caucionari debet.

Si vir super virum conquestus fuerit et satisdacionem pecierit, alter eam sibi negare non potest, quin eam sibi faciat, si per sentenciam ipsum ad hoc compulerit. Si autem satisdacionem fecerit sibi, ad ius suum non nocet, nec ille plus lucratur cum satisdacione, qui eam petit, nisi quod ipsum nullus amicorum suorum amodo impedire potest pro hac causa. Satisdacione facta suam querimoniam emendare non potest.

[hasła: skarga, gwar, zabezpieczenie, wyrok, prawo, krewny]

[*88*] CVIII. Querela pro capitali crimine in facto manifesto cum clamore, quod ostenditur manifestum.

Omnis querela, que ad iudicium pro capitali crimine in facto manifesto deducta fuerit, debet conqueri cum clamore per factum manifestum, quod ostendi debet. Manifestum factum ibi est, ubi vir cum furtu<sup>a</sup> aut preda captivus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Item manifestum factum est ibi eciam, [k. 9ra = k. XV] ubi aput unum cultellus aut gladius aut alia arma in manu sua deprehensa fuerint, cum quibus pacem violavit, aut si in fuga captus fuerit et captus ad iudicium deductus fuerit cum clamore. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis, si manifestum factum ad iudicium cum reo deductum fuerit.

<sup>a</sup> w rkp. furto

[hasła: skarga, kara śmierci, sąd, gorący uczynek, kradzież, miecz, nóż, sztylet, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, prawo, pokój, pozwany]

[89] CIX. In iudicio burgrabii Meydeburgensi vir potest querulari pro debito.

In iudicio burgrabii Meydeburgensis potest vir bene querulari pro debito, sed actorem oportet de uno iudicio burgrabii ad aliud iudicium suam sequi querelam, ita semper quod suo adversario denunciet. Si autem querimonia super virum cum testimonio facta fuerit in eodem iudicio pro debito, et si dicit, quod persolverit, hoc probet per homines fidedignos pocius, quam ille ipsum vincere possit, quod facere potest incontinenti, si vult, aut per sex ebdomadas in iudicio sculteti. Si autem vir iuramentum unica manu prestare debet, hoc in eodem iudicio facere opportet.

[hasła: burgravia, Magdeburg, dług, powód, sąd, skarga, zapłata, świadek, termin, sołtys, przysięga]

[90] CX. Iudex debet iudicium exercere quotidianie in vero iudicii loco.

Iudex debet iudicium exercere, et de eo temptare quotidianie in [k. 9rb] vero iudicii loco, nisi sit, quod vir querulari pro debito absque testibus voluerit, quod ubilibet iudicare potest. Iudex tenetur eciam iudicium comportare et non actor neque eciam reus. Recompensam et emendam et penam iudicis solvere debent ad diem, ut fuerit tunc pagamentum ibidem consuetum diffinitum. Recompensam et emendam actori et penam iudicii.

[hasła: sędzia, sąd, świadek, skarga, zwłoka, zapłata, kara sądowa, mulkta, nawiązka, zapłata, wynagrodzenie, zwyczaj, powód]

[91] CXI. Vir bona sua publica fiscata iure in eo illi possideat, quis iustificationem induxerit.

Si viro vir bona sua publicata seu fiscata iure, in eo ille possideat, qui hac infiscacionem induxit cum fiscacione tribus diebus ac noctibus. Insuper in eo debet comedere et bibere, et dormire. Deinde debet coram iudicio pronunciare tribus vicibus semper ad duas ebdomadas, ad quartum iudicium iudex sibi pacem desuper formare debet, et sibi appropriare, et sentenciis scabinorum vendere potest cum scitu. Si aliquid ultra suum debitum superfuerit cum scitu illi reddere debet, cuius fuit<sup>a</sup> hereditas. Sed si defecerit, agat ulterius.

<sup>a</sup> w rkp. fiat

[hasła: konfiskata, dobra, posiadanie, sąd, krewny, termin, sędzia, pokój, wyrok, ławnik, sprzedaż, dług, dziedzictwo, własność]

[92] CXII. De substracione panni aut similium<sup>a</sup> iuramentum [k. 9va] decernitur, ut iudicat sentencia et de equi substracione.

Si vir alloquitur sua bona [a]ut pannos vel quidquid suarum fuerit, quod sibi subtractum aut raptum fuerit, ad hoc se unica manu trahere debet et iurare tacto sacramento, quod tunc suum fuit et nunc suum sit, cum sibi subtractum seu raptum fuerit. Si autem equus fuerit, quem vir alloquitur, quod sibi subtractus aut eo spoliatus sit, et ad hoc se trahere debet, cum suo dextro pede calcare debet equum super suum pedem anteriorem, et sinistra manu equum capere reliquias, id est calcare et prolocutorem. Et iurabit equo super caput tacto sacramento, quod tunc suus fuit et nunc suus, cum sibi subtractus aut eo depredatus fuit.

<sup>a</sup> w rkp. simulium

[hasła: skarga, przysięga, konfiskata, koń, kradzież, sprzedawca, srebro, kara]

[93] CXIII. Pars si ad venditorem |ter<sup>a</sup>| trahit, et si dixerit, quod eum in foro libero emerit et venditorem habere non possit.

Extunc ille se ad suum venditorem trahat, ibi eum sequi et nisi trans Mare Aquilonis. Si autem dixerit, quod equum emerit in [k. 9vb] foro libero et communi et venditorem habere non possit, extunc equum amittit et argentum pro eo datum, et non amittit aliquam penam.

<sup>a</sup> zamazane

[hasła: koń, sprzedawca, ewikcja, srebro, kara]

[94] CXIII. Vir super virum conqueritur pro debito {manu} manu mortis et ipsum infamare voluerit in iure.

Si vir super virum conqueritur pro debito manu mortis, et ipsum infamare voluerit secundum edictum iuris, hoc facere potest sola manu tacto sacramento, si consenserit. Si autem dixerit hic, super quem querimonia lata fuerit, quod de debito nesciat vel in eo sit obligatus, aut quod eum persolverit, hoc oportet iurare metseptimus tacto sacramento post mortuam manum hoc statim facere.

[hasła: skarga, dług, prawo, przysięga, zapłata, zobowiązanie, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik]

[95] CXIII. De infoscacione vulnerum et vulneratus venit ad defensionem.

Si vir cum scitu ad iustitiam contra alium se exhibuerit, et alter voluerit *[s]* aut spreverit, et movet illum non querulando absque iure, et ille vulneratus venit ad defensionem et voluerit *[s]* illum mutuo, et primo hic, qui vulneravit suum adversarium, ad iudicium veniat et conqueratur, alter, in quo pax violata fuit, eciam postea *[k. 10ra = k. XVI]* veniat circa lucem die*[i]* et dicat, quod inicium illius fuerat et non suum. Si hoc iuris fuerit, metseptimus protestabitur cum probis hominibus, qui viderunt et audierunt, vel qui presentes fuerunt, aquisivit primam querelam. Vir potest filium suum unica manu exemere, qui est in pane suo non uxorati *[s]*, tacto sacramento sic, quod filius suus reus non sit.

[hasła: sprawiedliwość, zranienie wzajemne, skarga, obrona, sąd, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, syn, zastępstwo]

[96] CXIII. Si femina deprehensa fuerit in facto manifesto in homicidio aut in vulneribus, vir propior est eam vincere metseptimus.

Si femina deprehensa fuerit in facto manifesto in homicidio aut vulneribus duello dignis, hanc vir propius est vincere metseptimus cum hominibus fidedignis, quam innocens fieri possit. Extunc ipsam iudicium pati opportet. Si autem vir querelam super feminam pro homicidio aut vulneribus *[fecerit]*, quod eadem die factum sit ac visum, et si femina caucionem fideiussorie fecerit supra ius, de qua femina propius est evadere metseptima cum hominibus fidedignis, quam aliquis eam vincere possit. Si autem mulier inculpatur *[k. 10rb]* pro querimoniis pernoctatis, de eo propius est evadere femina propria manu tacto sacramento, quam aliquis eam vincere possit, aut aliquid in posterum contrarium pati.

[hasła: kobieta, zabójstwo, zranienie, gorący uczynek, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, niewinność, skarga, uwolnienie od skargi, zwłoka]

[97] CXV. Vir duplices pueros habens, a primis bona affert et secundis dat et moritur.

Si vir duplices pueros habuerit et primos antea eradicavit exponendo, et si secundis pueris aliquid postea dederit in suis bonis, et moriatur idem vir, hoc secundi pueri ante

tollunt. Et tunc quidquid superfluum fuerit, hoc equaliter inter se dividunt, cum omnes equales fuerint in natura.

[hasła: dzieci, wydzielenie, darowizna, dobra, równy stanem, podział]

*[98] CXVI.* Si vir scabinis in scamno incidentaliter in iudicio bannito increpaverit et probaverit per suos sodales.

Si vir scabinum in scamno incidentaliter in iudicio bannito increpaverit, si hoc probaverit per suos consodales, qui hoc audierunt, illum opportet emendam dare scabino et iudici penam. Scabini si in una sentencia non fuerint unanimes, vel eam ignotantes, extunc eandem ad secundum vel ad tertium iudicium valebunt dilatare, extunc inferre *[k. 10va]* debent, vel mittere eam ferre illuc quo competit si nequant invenire et non diucius prolongare.

[hasła: ławnik, sąd wyłożony, zniewaga, sędzia, kara sądowa, mulcta, nawiązka, wyrok]

*[99] CXVII.* Si super virum querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus et se fideiusserset in sua hereditate comparendum.

Si super virum querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus, et ipse se accommodaverit et fideiusserset circa suam hereditatem ad comparendum. Et si non comparet, et profugus factus fuerit, tunc debet vocari clamore in iudicio, tunc debet proscribi et recompensa super suam hereditatem computatur, et iudici sua <pena<sup>a</sup>>.

<sup>a</sup> na marginesie ze znakiem wstawienia

[hasła: skarga, zabójstwo, zranienie, ucieczka, prawo, sąd, zapłata, wynagrodzenie, dziedzictwo, spadek, kara sądowa, mulcka]

*[100] CXVIII.* Nullus vir potest cogi caucionem fideiussorie facere suam recompensam.

Eciā nullus vir cogi alcius potest caucionem iure fideiussorie facere, nisi prout extendit se sua recompense, nisi sit pro debito, quod maius sit.

[hasła: poręczenie, zabezpieczenie, dług]

*[101] CXXX.* Casus contencio dicitur clara die, et si probus vir ausetur, et ibi visus non fuerit, et si eciā contra eiusdem pro homicidio aut vulneribus facta fuerit. Si casu contencio oritur clara die, si probus vir pro eo accusetur, qui ibi visus non fuerit, de quo proprius est evadere metseptimus cum *[k. 10vb]* hominibus fidedignis, qui presentes fuerint, quam in eo duellum acquirere possit. Si autem super virum

ydoneum circa noctis tempestatem querimonia facta fuerit pro homicidio aut vulneribus duello dignis, que tempore noctis facta sunt, de quo propius evadet metseptimus cum hominibus bonitate probatis, circa quos tunc fuit, cum hoc factum perpetratum erat, ita sit de facto innocens.

[hasła: skarga, bliższość do dowodu, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pojedynek sądowy, zabójstwo, zranienie, przestępstwo nocne, uwolnienie od skargi, niewinność]

[102] CXXI. Rogat vir quem, ut advocatus fiat et causam suam foveat.

Quem vir pro advocate rogaverit, hunc causam suam tenere oportet tandem<sup>a</sup> [s], nisi se excusaverit cum pena.

<sup>a</sup> odczyt niepewny, oczywisty błąd kopisty

[hasła: pełnomocnik, prawo, kara]

[103] CXXII. Quando vir moritur, tunc uxor debet dare omnia suppellectilia exceptis causis in sentencia insertis scriptis.

Et quando vir moritur, tunc uxori oves debent dari, omnia suppellectilia et iure inserere, ubi ierint. Nemo potest nec pro homicidio, aut vulneribus, seu pro aliquo suum iuramentum probare incolatum. Consules si unius viri iuramentum recipierint, quod secundum iustum sentenciam civitatis et statutum, consuetudinem exaccionis dedisset, et si tunc post mortem iura[n]tis plura bona sub [k. 11ar = k. XVII] ipsius possessione fuerint inventa, quam exaccionata fuissent, illa bona consules non habent recipere, sed ipsius defuncti heredes nisi aliquis heredum denegata eadem bona coram iudicio vel sedente consilio recipere abrenunciasset, extunc ipsa bona consulibus pro utilitate civitatis permanerent quemadmodum arbitratur.

[hasła: gerada, mąż, wdowa, zabójstwo, zranienie, poddany, rajca, przysięga, statut, zwyczaj, podatek, dziedzic, przewłaszczenie]

[104] CXXII. Promitit iuramentum coram iudicio pro malis verbis depillacione eciam ex consensu iudicis.

Ubi vir iuramentum promisserit coram iudicio pro enormibus vulneribus, verbis aut depillacione, verberibus, aut sanguinis effusione, de quo solitus dimitti non potest, nisi voluntas iudicis fuerit aut consensus.

[hasła: przysięga, sąd, zniewaga, wola, zgoda, zranienie]

[105] CXXIII. Actor si reum pro iuramentis causa Dei vel petitionis hominum dimittere vellet absolutum etc.

Actor eciā si reum pro iuramentis promissis causa Dei vel petitionis hominum dimittere voluerit absolutum, extunc iudicia eciā competit ad hoc dare suam voluntatem. Et si suum consensum voluerit [*s*] [*k. 11rb*] adhibere, tunc actorem iuramenta oppotebit accipere, vel demeretur iudici in pena octo solidorum, et non plus pro causis singulis specialiter, quod quibusvis.

[hasła: powód, pozwany, przysięga, zgoda, wola, przysięga, szeląg]

[106] LXXIII. Quando pupilli verum tutorem habere non possunt.

Quando pupilli suum verum tutorem non poterint habere, quousque ipsos ullus ad aliquam responsivam iudiciale deducere potest, nisi prius ad annos discretionis pervenerint.

[hasła: pupil, opiekun, lata sprawne]

[107] CXXV. Vir alterum super conqueritur pro sibi aliquis abedificat de suis bonis hereditariis.

Si vir super alterum conqueritur, quod sibi aliquid abedificaverit de suis bonis aut de hereditate, hoc ille possibilis obtinet, qui habet in possessione unica manu, nisi ipsum cum testimonio fuerit allocutus. Extunc possessor cum testibus servat, si vult mettercius.

[hasła: skarga, dobra, dziedzictwo, spadek, posiadanie, świadek]

[108] LXXVI. Nullus in iudicio in alieno iure cives Meydeburgenses conveniat, nisi coram domino.

Quousque cives Meydeburgenses veram actionem in [*s*] aut responsivam tenuerint, se coram suo domino pontifice aut burgravio aut sculteto [*k. 11va*] ad iusticiam exhibuerint circa civitatis ius, tunc nemo eos extra civitatem in alio iure occupare, seu contra eos agere in iudicio potest alieno.

[hasła: mieszczanin, Magdeburg, burgravia, właściwość sądowa, prawo miejskie]

[109] CXXVII. Nullus alterum impedire debet in iudicio postquam banirato [*s*] fuerit pro iniuria et ipsum querela impediatur.

Nullus alterum impedire debet coram iudicio, postquam iudicium bannitum<sup>a</sup> fuerit cum iniuria, talibus impedimentis, quod ipsum impedire possint in sua querela, sicut clamore aut turpiloquis, aut ceteris insolenciis. Si hoc contra iusticiam ficerit, et si percuciens ipsum protestari poterit cum iudice et scabinis, extunc suam aquirit penam.

<sup>a</sup> w rkp. baniratum

[hasła: sąd wyłożony, skarga, przeszkoła, sprawiedliwość, sędzia, ławnik, nawiązka, kara sądowa, mulkta]

[110] CXXVIII. Si hoc peractum fuerit in iudicio castellani aut in iudicio sculteti, extunc tria.

Si contingit in iudicio castellani, tunc tria talenta demerentur, et in iudicio sculteti VIII solidos. Et ubi suam emendam acquirit, ibi et iudex suam penam acquirit.

[hasła: sąd, kasztelan, sołtys, nawiązka, mulkta]

[111] CXXIX. Si sculteto *[s]* aliquem in sua querela impedierit et sibi iusticiam non ficerit, sinistre recusando.

Nunc attentatis super eo, si scultetus aliquem *[k. 11vb]* impedierit in sua querela et sibi iusticiam non ficerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocato impulsatus fuerit cum testibus, extunc ipsum cum testibus evadere oportet. Cum qualicumque testimonio super iudicem querulatum fuerit, tali ipsum testimonio iudicem evadere oportebit, sive sint scabini sive astantes iudicio alii. Si autem coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius potest vinci testibus iure, quam ipse cum testibus evadere possit. Si autem vir cedere voluerit testimonio et ipsum inculpare pro suo, quo unica manu evadere potest. Quando querimonia coram advocato super scultetum facta fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora<sup>a</sup>, ita quod sibi iudicium bannitum esse baniratum *[s]* tunc ipsum oportet ibi esse presentem, nisi legale fuerit impedimentum. Quod statim probare oportet. Si hoc non ostenderit et non nominaverit, et hoc pro iusticia facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam exhibere *[debet]*, extunc condemnatur advocato in .X. talentis idem scultetus et illi suum debitum, cum de quo negavit, facere *[k. 12ra = k. XVIII]* iusticiam, et medio tempore quo ille non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, nullus iudex esse in se se *[s]* ex hac culpa exemerit, secundum hoc ut ius premissum.

<sup>a</sup> wyraz poprawiany

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoła, świadek, wójt, skazanie, dług, wina]

[112] CXXX. Si pro facto criminali pro quo iudicium facere recusavit, sive pro homicidio.

Si autem pro facto criminali fuerit, pro quod */s/* iudicium facere recusavit, sicut pro homicidio aut vulneribus, aut furtu<sup>a</sup>, aut spolio, aut eclesie violencia, aut incendio, aut hiis similia */s/*, que criminalia facta tanguntur, idem iudicium super eum habere debet, quod super illum ire debuerat, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur et ritus est.

<sup>a</sup> w rkp. furto

[hasła: przestępstwo, sąd, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, kościół]

[113] CXXXI. Vir pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit pro crimine, quod transit ad collum.

Si autem unus vir pro debito in captivitatem publicam presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum evaserit aut amiserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, quod transsitus ad collum, pro eo solvat integrum recompensam. Si autem ad manum, tunc medium solvet recompensam et hoc ipsum tacto sacramento iurare opportet, quod sibi parcere noluerit, absque omni sua culpa e/k. 12rbJvaserit. Recompensa<sup>a</sup>. Integra recompensa facit XVIII talenta. <sup>a</sup>-Media recompensa<sup>a</sup> Media recompensa facit IX talenta.

<sup>a, a-a</sup> tekst czerwonym inkaustum

[hasła: dług, przestępstwo, kara śmierci, winna, kara ucięcia dłoni, nawiązka, przysięga]

[114] CXXXII. De viro advocato, qui iniuste iudicaverit, cum sibi querulatur et hoc propter amorem aut munera, aut ob.

Nunc de advocato attendatur, si non iuste iudicaverit, cum sibi querulatur, et hoc propter amorem aut munera, aut ob aliquam causam dimittit, vel si solus noxam fecerit iniustum, quod de iure facere non debuit, postquam ad iudicem sit electus ius confortare et iniurias debilitare. Si querela super eum in iudicio suo fuerit facta, tunc scultetus iudex esse debet super advocatum et per hoc cogitur cum sentenciis, quod ante ipsum opportet respondere, ut in posterius patebit. Petat advocatum surgere per sentenciam, quod super ipsum habeat querelam seu querulari et sentencialiter petat, ut alium ponat iudicem loco sui */s/*, hoc ipsum facere oportet. Et tunc locet scultetum, qui sibi debent */s/* iudicare simili modo, ut advocatus super scultetum iudicare debuit. Eodem modo scultetus iudicet advocatum. Idcirco advocatus bannitum iudicium absque sculteto habere non potest, quia coram se ad ius exhibere debet, si super ipsum quisquerulatur. Si hoc contra *[k. 12va]* iusticiam anno et die recusaverit, extunc

terre iudicium vacat, quod ab eo habuit, et regi bannum, si cum sententiis veris consequitur.

[hasła: wójt, skarga, wyrok niesprawiedliwy, sołtys, sędzia, odpowiedzialność, sąd wyłożony, rok i dzień, termin, sąd królewski]

[115] CXXXIII. Nullus alius iudicat irruenciam domorum nisi burgrarius aut scultetus, ut patet in sentencia.

Insidias et stupra, et domorum irruenciam burgrarius iudicat et nullus alter nec eciam scultetus. Si domorum irruencia probabiliter potest ostendi cum vulneribus vel edificio vulnerato, si super hoc iudicem et clamatores in testimonium poterit habere, extunc ille scilicet actor propius sibi cum duello debet respondere, quam eum scilicet reus suo possit evadere iuramento.

[hasła: zasadzka, gwałt, napad na dom, burgravia, rana, sędzia, odpowiedzialność, pojedynek sądowy, przysięga, powód, pozwan]

[116] CXXXIV. Si quis fecerit alteri domorum irruenciam nocte ac die, et si ille detentus fuerit in facto manifesto cum clamore et ad iudicium adducitur.

Si quis alteri fecerit domorum irruenciam die ac nocte, et si ipse illum detinuerit in facto manifesto, et ipsum captivum cum clamore adduxerit ad iudicium, si super hoc clamatores habere poterit metseptimus suorum vicinorum, et si factum ostendi possit, ut iuris est, illi ad collum transxit. Si autem factum manifestum ostendi non potest, extunc ille propius est evadere metseptimus, quem *s/* per eum vinci possit.

[hasła: napad na dom, przestępstwo nocne, przestępstwo za dnia, skarga, sąd, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, krewny, kara śmierci, prawo, gorący uczynek]

[117] CXXXV. Promittit *[k. 12vb]* quis tenere querelam et post concordia sequetur, tunc iudici penam succumbet.

Et si vir suam tenere promisserit querelam, et si medio tempore concordia fuerit facta, extunc pro eo non plus amittit, nisi iudici penam demeretur.

[hasła: skarga, ugoda, kara sądowa, multa, sędzia]

[118] CXXXVI. Querulatur quis pro debito super alterum, qui sibi pro suo parte tenetur.

Si vir querulatur super alterum pro debito, quod sibi pro suo patre tene*[a]*tur, ipse debet super eo, ut iuris est, informari. Si autem voluerit iurare, quod pater suus hoc

debitum persolvisset, hoc ipsum facere oportet metseptimum post mortuam manum. Si autem dixerit, quod hoc debitum solus persolverit, hoc mettercius iurabit heres. Si de debito patris sui recognoscat, hoc solvere debet, in quantum recepta hereditas se extendit. Et si solvere noluerit vel heredes hoc consentire excusa[n]t, tunc sibi hereditas sua vel proprium potest iudicio possideri pro isto debito et aquiri, aliter ille constringi non potest suam hereditatem propriam.

[hasła: skarga, dług, ojciec, prawo, zapłata, samosiódem, przysięga, współprzysiężnik, samotrzeć, dziedzic, sąd, własność]

[119] CXXXVII. De bruto animo quicumque, quod si fecerit damnum.

Si quis equum vel canem habuerit vel aliud peccus quidcumque sit suum, quod caret loquela, si hoc fecerit [*k. 13ra = k. XIX*] damnum, et si dicit suum non esse damno perpetrato, sibi hoc in suo iure non nocebit.

[hasła: koń, bydło, szkoda, prawo]

[120] CXXXVIII. Spoliat quis suos cives seu civitatis homines, qui proprium aut feodium vel hereditatem habuerit. Et de stupro virginis.

Si quis spoliaverit suos cives seu civitatis homines, qui proprium aut feodium vel hereditatem habuerit intra municipale ius, et si hoc non prehabita faciat querela ante dominum vel me [*s*] suum iudicem, illi sua edifica adiudicari debent supra suam curiam et execari, et edifica illa erunt communia et hoc omnibus hominibus publicantur. Si autem incidentaliter edifica fuerint adiudicata, ita quod femina aut puella ibi fuerit stuprata intra illum edificium, eciam debent reseccari et ab inde nullas deduci.

[hasła: własność, lenno, dziedzictwo, mieszczanin, sędzia, budynek, konfiskata, kobieta, dziewczyna, gwałt]

[121] CXXXIX. Iuramentum Iudei contra Christianum ex iure imperatorum.

Hoc est illud iudicium et iuramentum, per quod Judeus iurare debet sive evadere debet Christianum, quod scriptum est in iure imperatorum. Ipse debet verti contra solem seorsum et stare nudipes super unam sedem, palio indutus et pile/*k. 13rb*/um Iudeorum habere debet super caput. Et si lapsus ter fuerit, totidem unum fertonem ammittit. Et si quarto cadet, extunc reus manet in causa, tunc dicit ille, qui sibi predicit iuramentum: [*a*] “Ego te moneo, N, Iudee, per has tres litteras et per hanc legem, quam Dominus dedit Moisi in thabula lapidea in monte Sinay, quod iste liber aut rodale verum et iustum sit, super quem tu, N, tali nomine pro tali causa sine culpa pro qua te respcionem deduxerit”. Extunc debet sic iurare dicens: “Quod tu in hac

causa non sis reus, pro qua te hic idem Christianus inculpat, quod te Deus sic adiuuat. Idem Deus, qui fecit celum et terram, aera et rorem, montes et valles, frondes, gramina et flores. Et si reus sis, quod terra te absorbeat, que Datan et Abiron absorbuit, et si reus sis, quod te veneni, guta et lepra invadet, que precibus Elizey Naaman Sirum dimisit et J[e]si invasit. Et si reus sis, quod te ignis celestis comburrat et caducus te invadat morbus, et sanguinis *[k. 13va]* fluxus. Et tibi accidat, ut uxori Loth, que transmutata est in statuam salis, dum Sodoma periit et Gomora. Et si reus sis, quod tu pereas in anima tua et in tuo corpore et in tuis rebus. Et si reus sis, quod ad sinum Abrahe non pervenias, et eciam ad resurreccionem nunquam pervenias, ubi Christiani, Iudei et gentiles ante Creatorem omnium resurgent. Et si reus sis, quod te lex deleaf, quam Deus dedit Moisi in monte Synay, quam Deus solus scripsit digito sancto suo supra thabulam lapideam, et eciam te confundat omnis scriptura, que est in quinque libris Moysi. Et si tuum iuramentum non fuerit iustum et mundum, quod te deleaf Adonai et sua potencia. Amen.

<sup>a</sup> na marginesie znak nowej sekcji

[hasła: przysięga, Żyd, Chrześcijanin, prawo cesarskie, Mojżesz, Synaj, przysięga, Żyd, Chrześcijanin, powód, Sodoma, Gomora, Lot, Mojżesz, Synaj, Datan, Abiram, Elizeusz, Naaman, Jozue]

*[122]* CXXXX. De Imperio, quomodo terre Saxonie ius suum fuerit constitutum et confirmatum.

Nunc placeat audire et intelligere, quomodo presens scriptum informat ex relacione veridica. Primo de Imperio et quomodo terre Saxonie ius suum ab inicio mundi fuerit constitutum et confirmatum in suo iure, sicut *[k. 13vb]* ab antiquo tempore in Babilonia tenebat. Ibi stetit Imperium et potenter regebatur per omnia regna, quia Nemrroth gentilis rex primo Babilonium edificavit et circumtraxit civitatem nimia amplitune, et edificavit in ea multas et altas municiones, unde hucusque in presens municipale nuncupatur. Et ibi erant manentes idem rex Nemroth ac duces multi et ceteri viri famosi, qui vero nunc mercatores vocantur, et omnes uno utebantur iure, quod municipale ius appellatur, ut bene in libro presenti patebit. Unde nomen sorciebatur absque cuiusvislibet transmutacione. De Imperio, quamdiu stetit et de eius potencia. Nunc dicetur quamdiu stetit Imperium et potenter absque permutacione usque ad Greciam tempore Darii Secundi, aut ultimi, quem rex Alexander maximis et sediciosis devicit bellis. Tunc transmutatum fuit Imperium a Babilonia et stetit in Constantinopoli usque ad illud tempus, quo se Roma de Imperio intromisit, et potenter tenuit usque ad presens tempus ex parte beati Petri, qui caput Christianitatis fuit<sup>a</sup>. Cum Imperium Romam versum fuisse, ibi stetit, ut patet *[k. 14ra]* in premissis. Tunc Christiani absque iure fuerunt, idcirco quivis pro sua in terris faciebat voluntate, aut quid facere poterat et perficere, in hoc absque querela permanxit et per iudicium inultum, quia nullum fuit, ubi quis iusticiam consequi potuisset, et usque tempus perseveravit, quo se Roma de Imperio intromisit. Et ipsi ibi venerunt et iusticiam consecuti fuerunt, eciam ibi exhibuerunt manus, unde manu pacem<sup>b</sup> obtinuinus *[s]* usque ad hoc presens. Tunc Romani convenerunt et decreverunt

deliberando, quomodo sibi regna subiugare possent. Et omnes unanimi consensu et pari consilio concordaverunt, quod edificarent castra in terris, unde sibi terras possent subiugare. Et cum hoc fecissent, tunc arbitrati sunt, quomodo castra confortarentur, ut ipsis esset in iuvamen. Et illos acceperunt, qui nomen militale habuerunt, et eos super castra locaverunt cum tali iure, et usque huc castrense ius tenetur in castrensi feodo. Extunc deliberaverunt, qualia iuris statuta terris constituere vellent in terris, tale ius [k. 14rb] constituerint quale adhuc terra Saxonie protestatur, per Constantimum imperatorem et per Karolum cezarem.

<sup>a</sup> na marginesie ręka autora podstawy; <sup>b</sup> w rkp. ptacem, t skreślone

[hasła: cesarz, cesarstwo, Saksonia, Babilon, Nemrot, prawo miejskie, Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki, książę]

[123] CXXXI. De regimine Imperii quo iure imperiali debet permanere.

Nunc audire et intelligere †possumus<sup>a</sup> potestis, quod principibus ac baronibus, hiis omnibus, qui digno nomine sortiuntur, quomodo ipsi cum Romanis sunt arbitrati, quod scire vellent, quo iure Imperium deberet permanere. Et statuerint regi ius cum ex consilio, quod ipse sedem Rome regiam regere deberet ex parte beati Petri cum gladio seculari, unde adhuc Romanus advocatus appellatur. Idcirco vitam suam non potest demereri, nec in suo †horeo<sup>a</sup> honore debilitari, nisi tribus causis, que in sequentibus patebunt. Quarum prima, si sedem Romanam destruere vellet. Secunda est, si sedem Catholicam vellet facere. Tercia est, si causa legali vellet suam legittimam dimittere uxorem. Quorum horum de uno, si quod absit, fuerit devictus, extunc debet iudicari, secundum hos omnes, qui in iusticiam fecerunt, aliter qui caput [14va] demerentur. Et insuper omnibus comisit, qui iudicis nomine censentur cum protegere viduas et pupilos, et domos Dei, et omnes iniurias humiliare et iusticiam confortare. Insuper iudicium comisit omnibus iudicibus temporalibus cum eo iudicare super omnes, qui in maleficiis fuerint deprehensi in facto manifesto, et ad iudicium capti deducti et fuerint convicti, ut ius dictaverit. Ubi omnes iudices soli debent iudicare, vel preco ipsorum loco. Eodem modo ut iudices habeant temporalem gladium a rege. Eodem modo sacerdotes habeant spiritualem gladium ab Apostolico.

<sup>a</sup> skreślone przez autora podstawy

[hasła: cesarstwo, św. Piotr, Rzym, chrześcijaństwo, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek]

[124] De iudicio cezaris, quis illum debeat iudicare, nunc restat dicere.

Nunc attendatis, quis cezarem iudicare debeat, si ex hiis tribus premissis in uno fuerit convictus. Hoc facere debent: Sacri Imperii Renensis pallatinus, qui imperatori ac Imperio fuerat ex arbitrio positus. Simili modo ut palatinus imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicat burgrabius marchionem pro sua culpa, et burgravium scultetus.

[hasła: palatyn reński, marchia, burgravia, sołtys, cesarz, król, lenno]

*[125] CXLIII. De mer/k. 14vb]catoribus videndum est in presenti.*

Extunc mercatores dicebant ad cezarem, quod libenter scire vellent, in quo permanere possent. Tunc iudicavit ipsos cum consilio Romanorum ad [a]quas navipotentes, quod edificant civitates firmas cum turribus. Tunc plus dixerunt ad imperatorem, quod libenter sciret, quo iure stare deberent. Extunc imperator dedit ipsis tale ius, quale quotidianie in sua curia solebat habere. Et hoc confirmavit ius<sup>a</sup> cum consilio Romanorum et cum veridicis signis. Et suam manum exhibuit, quam apprehendit quidam mercator, et dexteram cirotecam sibi detraxit de manu.

<sup>a</sup> przerobione z eius

[hasła: kupiec, cesarz, rzymianin]

*[126] CXLIV. Pax fuit confirmata per beatum Petrum Apostolum.*

Super quo pax beati Petri fuit confirmata. Quod usque huc permanet in exemplum, ubi nove civitates edificantur et fora, quod ibi crux ponitur super forum. In eo probatur et apparet, quod cum voluntate regis est factum. Sic ex quo municipale ius ab antiquo hucusque permansit et ab Imperio confirmatum et nomen obtinuit usque ad diem presentem.

[hasła: św. Piotr, miasto, rynek, krzyż, wola, król]

*[127] CXLV. De fundatione civitatis Meydeburg restat /k. 15ra = XXI] in presenti dicere.*

Nunc attendatis de civitate Meydeburg. Cum primo Meydeburg locata fuerat seu fundata imperatoris Ottonis Magni consilio<sup>a</sup>, et tum terre arbitrio, et fuit stabilita in suo iure, sicut nunc tenet in suo iure municipali secundum consuetudinem antiquorum, et Halicz civitas ex ea fundata est, idcirco uno utraque utitur iure. Eapropter omnes de Polonia, Bohemia, que sub iure Theutunicali sunt locata et de marchia Misnensi provincia, et de marchia Luziensi, hii omnes in Halicz ius suum recipere debent, et de civitatibus, que in hiis districtibus sunt locate. Et si sentenciam ignoraverint aut defectum in ea habuerint, oportet querere in Meydeburg. Idcirco, quia omne municipale ius protegit, quod iure terrestri fieri non potest, quod cum sentencia

reprobata de marchia ad comitatum trahi possit, quia marchio secundum suum arbitrium aut propriam gratiam iudicat, quod comes non facit, sed iudicat sub banno regio. Hoc idem fit in omnibus civitatibus, ubi est bannum regium, ubi vir demeretur tria talenta iudici feodato sub regio banno. Si autem iudicatur sub regio ban/k. 15rbjno, tunc sculteto viii solidi demerentur de iudicio sententiis scabinorum. Idem fit burgravio.

<sup>a</sup> przerobione z consilii

[hasła: miasto, Magdeburg, Otto Wielki, prawo niemieckie, zwyczaj, Halle, Polska, Czechy, Miśnia, Marchia Łużycka, wyrok, skarga, sąd królewski, sołtys, sędzia, ławnik, burgrabia]

[128] CXLVI. Numerus scabinorum et de prelacione prime sentencie sculteti restat dicere.

Scabini xi debent esse, et scultetus sit duodecimus, quia burgravius primam sentenciam debet diffinire. Quia burgravius iudicium nullum absque sculteto bannitum habere potest, nec scultetus absque hiis xi scabinis in vero loco iudicali.

[hasła: sołtys, ławnik, burgrabia, sąd wyłożony]

[129] CXLVII. De [H]aliis /s/ videndum est, ubi suum ius querere debent.

Nunc attendatis de [H]allis /s/, ubi ius suum querere debent, si ipsum ignorant, quia si ipsis fuerit<sup>a</sup> reprobata. Hanc in Meydeburk querere debent et Meydeburgenses ipsis dare debent ante quatuor scamna et scabinis ipsorum ius dari debet, quia imposterum eos oportet esse testes, si fuerit necesse, quod sua sentencia rite et rationabiliter sit data absque qualibet contradiccione. Et ibi nuncii presentes esse debent, ubi sentencia diffinitur, ex utraque parte, ubi sentencia reprobata fuit, qui audierunt et viderunt, quod utrius iusticia fiat. Et iudex ipsos in expensis debet procurare in eundo et rede/k. 15va = XXIundo. Si sentencia in banno regio fuerit reprobata, tunc debet reprobari infra xviii ebdomadas. Si autem sub comitis banno fuerit reprobata infra duas septimanas, quia scultetus bannum habet a comite et sculpeciam a domino terre. Idem quia vero habet burgravius bannum a rege, et iudicium a domino terre.

<sup>a</sup> w rkp. w fuerint przekreślone n

[hasła: Halle, wyrok, Magdeburg, odwołanie, apelacja, ławnik, świadek, sprzeciw, sędzia, sąd królewski, termin, sołtys, burgrabia, prawo]

[130] CXLVIII. Si sentencia in Meydeburg reproba[re]tur, ubi querere debet, hoc in presenti videre debet.

Nunc attendendum est, si in Meydeburk sentencia reprob[ar]etur, quo aut ubi eam querere vel invenire deberent. Ipsi se trahere debent ultra Schracow, ultra Elbe, et ibi accipiunt quatuor seniores viros, quos ibi poterint invenire. Hoc idcirco, quod diucius stetit, quam Meydeburg, ac cezar Otto a tempore diurno ex eo constituit<sup>a</sup> ducatum, et omnes uno eodem iure sunt constricti. Tunc trahunt cum eisdem quatuor senioribus, quos de Schracow afferebant et reddeunt in Meydeburk ante pallaciam ad curiam, que imperatoris Ottonis Ruffi fuerat, qui pallaciam ipsis for[m]a[v]erat, in fine sunt in premissis patet et in sequentibus patebit, quia continue pro una sentencia reprobata ad [k. 15vb] Imperium se trahere non potuerunt.

<sup>a</sup> nad wyrazem kreska oznaczająca skrót, lecz constituerit jest tutaj rozwiązaniem nietrafnym

[hasła: Magdeburg, apelacja, odwołanie, Łaba, Schartau, starszy, cesarz, Otto Rudy, wyrok]

[131] CLIX. {s}De pallacia videndum est. Idem dicendum est de sentencia procedenti.

Nunc attendatis de pallacia, per quem modum ipse pallaciam fecerit. Recipit eosdem quatuor seniores de Schracow, et quatuor canonicos, qui habent prelaturas in summo: primus prepositus, secundus decanus, tertius episcopi vicarius, quartus cancelarius. Insuper reci pit innatos ministeriales maioris ecclesie Meydeburg: unus fuit marschaldus, secundus dapifer, tertius pincerna, quartus camerarius. Insuper recipit scabinos xi de civitate et scultetum duodecimum. Insuper recipit tres duces laicos, qui primi sunt in eleccione imperiali, et quartus, quem accepit fuit supremus advocatus ecclesie maioris in Meydeburg, idem burgravius. Tunc imperator recipit hos xxviii viros predictos seu prenotactos et super sedes eos locavit pallacie, et dedit eis potestatem ex sui parte, quecumque sentencia in Meydeburg diffiniri non possit [s], aut reprobetur, hec ibi deberet [k. 16ra = XXII] {deberet} recipi, et quicquid ibi daretur rite hoc et rationabiliter pro iure municipali debet tenere.

[hasła: palacja, cesarz, Schartau, kanonik, prepozyt, dziekan, zastępca biskupa, szafarz, prałatura, baron, Magdeburg, marszałek, stolnik, cześnik, podczaszy, szambelan, ławnik, burgravia, kościół, prawo miejskie, odwołanie, apelacja, wyrok]

[132] CLo. Predictis viris viginti<sup>a</sup> octo debent dare cuilibet unum solidum per se ut post<sup>a</sup>.

Et cum sentencia ante pallaciam fuerit data, tunc debet dari in signum xxviii viris, unum solidum aureum, et quivis solidus debet xii valere solidos talis pecunie aut talium denariorum, cum quibus ibidem consuetudo fuerat [s] forisandi. Tunc hiis quatuor dantur quatuor marce auree, et quivis marca aurea duodecim argenteas debet valere. Hoc dare debet hiis xviii [s] viris. Hoc illi dare tenentur, quibus sentencia ad factum fuerit inventa et diffinita. Sed qui in sentencia defecerit solvere debet expensas. Si autem ille in sentencia defecerit, qui eam reprobavit, extunc magis solus solvere tenetur quam ille, cui sentencia data fuit ad profectum.

<sup>a</sup> odczyt niepewny; <sup>b</sup> w rkp. xxii

[hasła: palacja, wyrok]

[133] CLI. De penis, qui reprobant sentenciam. Et de emenda iniuste reprobata.

Nunc attendatur, quem tum plus dare opportet. Ipse dare tenetur scabino illi suam emendam, cuius sententiam reprobet, quam invenit, si iuste fu/k. 16rb]erat diffinita, et iudici suam penam. Si autem ante consensum aliorum scabinorum fuerit reprobata, tunc cuilibet scabino datur emenda et iudici to[cie]ns sua pena. Si autem ipsa in alio reprobata fuerit in Meydeburg invenitur, et pariter ibidem reprobabitur, extunc ambe dabuntur emende et pene in Meydeburg et Halum /s], hoc fecit rex Otto taliter pro eo, quod municipale ius staret, sicut ab antiquo tempore hucusque {steti} stetit, et ibidem fecit ducatum trans Elbeam.

[hasła: ławnik, zadośćuczynienie, wyrok, apelacja, odwołanie, kara sądowa, mulkta, zgoda, Otto Rudy]

[134] CLII. Pallacia, quomodo debet conveniri /s/ et diffiniri.

Nunc dicere vobis volo de pallacia, quomodo illa debeat conveniri /s/, et diffiniri volo pro rebus istis, ut in precedentibus dictum est.

[hasła: palacja]

[135] CLIII. Scultetus debet recipere litteram civitatis sigillo ipsius pendente et hanc mittere debet supremo advocate.

Scultetus de Meÿdeburg debet recipere litteram civitatis cum sigillo ipsius pendente. Hanc litteram debet mittere supremo advocate maioris, hoc est burgravio in Meydeburg, /k. 16va] ad quam suam propriam litteram sigillatam debet recipere, eapropter ipse est advocatus. Et ad hoc debet recipere litteram episcopi cum suo sigillo, et eciam debet recipere litteram regis, et suum sigillum appendens, si ipsum habere possit in Theutunico. Has quinque litteras debet recipere burgravius de Meydeburg. Et eas primo mittere debet duci Saxonie cum hiis, qui se cum sentencia traxerunt, et cum scitu horum xx quattuor<sup>a</sup> virorum, qui prius sunt nominati. Post hoc mittere debet burgravio et Brandenburg. Tercio ipse mittere debet pallatino Renensi. Hii tres primi duces laici sunt in eleccione imperiali, cum novus rex eligitur Theutunicum de terra.

<sup>a</sup> w rkp. iiiior

[hasła: sołtys, Magdeburg, margrabia, palatyn reński, Brandenburg, dokument]

[136] CLIII. Sentencia ad premissa cum pena regali trium marcarum aurearum.

Hic audire et intelligere potestis, quomodo hii omnes domini debent citari, dum in premissis sunt nominati. Ipsi ad pallacia[m] ire debent primo, secundo, tertio, semper ad sex ebdomadas. Et si in tercia cittacione non comparuerint, extunc tres laici duces mittunt ad eum. [k. 16vb] Et tunc regi de qualibet cittacione tres marcas aureas demeretur, et quelibet marca aurea xii marcas argenteas debent [s] valere. Et si post ter hoc ultra sex septimanas non comparuerit, se excusare coram rege, ubi ipse fuerit. Extunc omnia sententialiter ecclesie maiori vacabunt, que ad [s] ea habebat et regi bannum vacabat, et post hoc proscribunt eum in regis illegalitatem.

[hasła: pozew, palacja, burgravia, sąd]

[137] CLV. Burgravius predictas tres principes citat sub banno regio.

Quomodo sicut scultetus cittat burgravium. Sic burgravius debet cittare hos tres principes sub banno regio. Et si in tercia non comparuerint cittatione, ut est predictum, extunc de qualibet cittatione quivis xviii marcas aureas regi demeretur. Etsi eadem vice comparuerint iusticiam iuvare et recipere ius, actamen illi sentencia sua et ius suum dicere debent [s] ante pallaciam.

[hasła: sołtys, burgravia, sąd, król, pozew]

[138] CLVI<sup>1</sup>. Mansus quot virgas et quot ingera habeat, nunc dicendum est.

Ulnis bisseptem fac virgam, iungito pugnum, bissenis latis [s] latus ex hiis fiet tibi mansus, bis centum longus ac virgis septuaginta. Franconius [k. 17ra = k. XXIII] mansus perfectus tibi sit sensus.

Virgas tibi quique solum sibi iuger habebit, integra tibi sena sunt in manso numeranda.

<sup>1</sup> dodatkowy artykuł o wielkości łanu frankońskiego

[hasła: łan frankoński]